Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2139

Quelle:
Copyright:

nobiliſſimo, ut tradunt hyſtorie, francorum rege pipino (verius Duce, et Majore — Domus Regum Auſtraſiae) *exorta eſt matre quoque nobiliſſima atque prudentiſſima nomine Hytta, que quondam, ut fertur, dum impregnata eſſet, in romano itinere, quo ſanctorum apoſtolorum limina uiſitauerant, peregrinum quendam obuium habuit, qui preſciens innata virginis miram ſanctitatem reginam cum fletu ſalutauit, regem vero ſalutare contempſit. Qui ſtatim a rege interrogatus, cur hoc feciſſet, reſpondit: Nec te nec reginam, ſed quam in utero habet, virginem Deo dicatam ſalutaui. Ipſa ergo ſancta virgo Gerdrudis in vtero matris deo eſt dicata.* Nihil de hoc *Bollandiani;* reliquae vero Lectiones depromtae ſunt e *Vita*, quam illi exhibent a C. 1. uſque ad 3. ita tamen, ut a verbis: *Deo deſideratum reddidit ſpiritum*, deſciſcat Noſter, et ita concludat: *Omnes vero, qui aderant, ſuauiſſimi odoris fraglantiam* (ita olim frequenter *l* pro *r*) *ſenſerunt, et corpus eius in eccleſia beati petri apoſtoli cum magna deuocione et digna reuerencia ſepelierunt.* Quaedam alia leviora etiam per decurſum variant.

III. *fol.* 376. p. 2. ut quandoque vertamus Seria ludo, adſcripta eſt ſequens de S. *Martino Turon.* Cantilena.

Pontificis eximij *in ſand Mertens ere*
Patronique largiſſimi *den ſchol wir loben ſere.*
In cujus feſto proſpere *zw weine werdent moſte,*
Et qui hoc nollet credere, *der laſz dy wurſen choſten*
Martinus chriſti famulus *was gar ain milder herre*
Ditari qui wlt ſedule, *der volg nach ſeyner lere,*
Et transmittat hic ſtantibus *die phennig aus der taſchen*
Et donet ſcientibus *den wein in groſsen flaſchen,*
Detque eſurientibus *dy gueten fayſten praten*
Gallinas cum caponibus, *wir nemens vngeſoten,*
Vel pro honore dirigat *dy gens vnd auch dy anten,*
Et qui non bene biberit, *der ſey in dem panne.*

Accedit Literarum *Hebraicarum* latina, ſi Superis placet, Significatio.

DCCCXCII.

R. 3031 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 170. f. ſat probe ſcriptus, rubricis diſtinctus hanc in anteriore theca Notam praefert: *Iſte liber eſt Domus porte beate Marie in axpach Ord. Carth. et hunc librum habemus a domino petro ſacerdote et Donato noſtro prope Danubium. Donatos* intellige, *qui*, ut loquuntur Statuta Carthuſ. a. 1368. *Ordini ſe et ſua dederunt et nobiſcum reſident continue.* Eſt vero Exemplar aliud *Matutinalis*